

HIERO. Relinquens dñs post se tenebras in iudeorū corā. b. v. sol egrediebatur de ciuitate. e. ad aliā q̄ est ben. uo la 7 obediēs. Et hoc significat cū dicit: Et cū vespera eēt facta egrediebatur de ciuitate. S. occidit sol: 7 orit sol. lux enī ablata a scribis: lucet in aplīs. vñ in ciuitatē reuertit. ppter qd subdit: Et cū mane trāsirent. s. in ciuitatē cūtes: viderūt sic aridā factā a radicib⁹. **THEO.** Qd miraculū magnū vñ in hoc q̄ tā humida 7 viride arborē sic cauerit. Quāuis autē matthe⁹ dicat ficulneā p̄nuo arefactā: 7 q̄ vidētes discipuli admirati sūt: nō admirerē si nūc a marco audis ficū i crastinū arefactū vidisse discipulos. Nā sic intelligēdū ē hoc qd dicit a mattheo. s. q̄ nō statim viderūt s. in crastinū. **AVG.** de cō. euā. Intelligit autē nō tūc aruisse qñ viderūt. s. p̄nuo qñ maledicta ē: neq; enī arefēcē: s. penit⁹ arefactā viderūt: ac si eā cōtinue in uerbo dñi aruisse intellexerūt. **HIERO.** Ficus autē arida a radicibus: synagoga ē a cārim: 7 a ceteris a q̄b⁹ oīs sanguis ab abel vsq; ad zachariā rediit. **BEDA:** A radicibus autē arefacta ē ficus: vt ostēderet gens impia: nō ad tps vñ expte corripēda extēnoꝝ incurrib⁹: 7 p̄ penitentiā liberāda sicut sepe factū est: s. eterna dānatione feriēda. vñ arefacta est a radicib⁹: vt ostēdat nō solū huma: no extrinsec⁹: s. diuino intus fauore fundit⁹ destituenda. Nā 7 vitā p̄dit in celis: 7 patriā in terris. **HIERO.** Petrus autē agnoscit aridā 7 abscisā radicē: cui succedit olīua fructifera pulchra vocata a dño. vñ sequit⁹: Et recoꝝ. pe. dixit ei: Rabbī: ecce fi. cui male. aruit. **CHRY.** Quāuis petrus 7 alij discipuli mirati sūt: nō erat p̄fecte fidei: nō enī magnū erat hoc deo. Quia q̄ nō manifeste nouerat eius virtutē: eoꝝ ignorātia fecit eos in admirationē p̄uere. 7 iō subdit: Et rīdēs iesus ait illis: Habetis fidē dei. Amē dico vo. q: q̄ dī. huc mōti. q. o. nō solū lignū siccare poteritis: s. 7 montem iussu ac p̄cepto transmutare. **THEO.** Mirare autē diuinā misericordiā q̄liter nobis appropinquātib⁹ ad eū p̄ fidē: miraculoꝝ virtutē 7 donat quā ip̄e possidet p̄ naturā: intm̄ vt etiā mōtes trāsmutare possim⁹. **BEDA:** Solēt autē gētilēs q̄ p̄ ecclīaz maledicta scribere ip̄operare nris: qz nō habuerūt plenā fidē dei: q̄ nūq̄ mōtes trāsferre poterūt. Quib⁹ rīdendū est: nō oīa scripta eē q̄ in ecclīa sūt gesta: sicut 7 de factis ip̄i christi scriptura testat. fieri autē potuit: si necessitas id fieri poposcisset: quō factū legim⁹ p̄cibus gregozū bemo cesariēsis: cuius p̄cibus mons tāti spaciū reliquit structoribus ecclīe: quātū opus habuerāt. **CHRY.** Vel aliter. Sicut ficū nō ppter se siccauit: s. in signū hierusalē ad arefactionē puenire: 7 ad dēmonstrationē virtutis sue: sic itel ligēdū ē 7 de pmissiōe q̄ est circa montē: quīs huiusmōi trāsmutatio nō sit impossibilis fm̄ dei virtutē. **HIERO.** Christ⁹ igit q̄ est mons crescēs de lapide absciso sine manibus: tollit 7 mittit in mare: qñ aplī dicūt: Digne trāsferamur ad gētes alteras: qz vos indignos iudicatis. audiēdo verbū dei. **BEDA:** Vel qz mōtis noie diaboli significat. p̄p supbia: mons ad p̄ceptū eoꝝ q̄ fortes sunt in fide tollit de terra. 7 in mare p̄ncipit cū p̄dicant⁹ verbū dei doctoꝝib⁹ sanctis: inuidus spūs ab eoꝝ corde repellit qui ad vitā sūt p̄ordinati: 7 in turbulētis amarissq; infidelit̄ mētib⁹ vesaniā sue tyrānidis exercere p̄mittit. In q̄ tanto acius desēnit: q̄to amplius se vult a lesiōe p̄iorū fuisse depulsi. Seq̄t: Propterea dī. vo. oīa que. oīa. pe. cre. qz acci. 7 ve. vob. **THEO.** Qui. n. ex affectu credit: manifestū ē q̄ in deu crigit cor suū 7 illi cōiūgit⁹: 7 certificat cor ei⁹ calefactū q̄sūā petitiōe iā p̄secutū: qd qdē intelligibile ē ei q̄ passus est hoc: 7 mibi qdē videt illos hoc pati q̄ mēsurā 7 modū attendūt. p̄p h̄ dñs dicit q̄ oīa accipietis q̄cūq; fide petieritis. Qui. n. credit se totū disponi a deo: cū lachrymis intercedēs: 7 q̄sūā p̄des iōzone tenere se cogitās: que iuste postulat p̄sequet. Uis autē 7 aliter q̄ p̄ctis accipere: dimitte si qd p̄ te peccauerit frater tuus. Et hoc est qd subdit: Et vñ ita. ad oīan-

dū dī. siquid ha. aduer. aliq̄ue: vt 7 pater vñ q̄ i celis ē. vo. pec. vñ. **HIERO.** Septē versus oīonis dñice marcus suo mōte i vñā oratiōe cōp̄rehēdit. Is autē cui dimisi sūt oīa peccata qd amplius rogabit: nisi vt p̄secut⁹ in eo qd obtinuit. **BEDA:** Notāda est autē distinctio dñi cantū. q̄ p̄fecta h̄z fide q̄ p̄ dilectionē operat⁹: ille orando vel etiā iubēdo pōt trāsferre montes spirituales: quō sicut paulus de belima mago. qui vero tāte vestigiū p̄fectiōis necdū p̄descēdere queit: postulat sibi peccata dimitte: 7 p̄petrabūt: si tñ in se peccatūb⁹ alijs p̄mo ipsi dimittat. En autē hoc facere p̄tēnūt: nō solū orādo virtutes facere: sed nec suoz p̄nt veniā p̄sequi p̄ctoꝝ. Et h̄ ē qd subdit: Qui vos nō dimiserūt nec p̄ vester q̄ i celis ē. dī. vo. pec. vñ.

¶ Et veniūt rursus hierosolymā. Et cū ambularet in tēplo: accedūt ad eū summi sacerdotes 7 scribe 7 seniores: 7 dicūt ei: In q̄ potestate hec facis: 7 qd dedit tibi hanc potestatem vt ita facias: Iesus autē rīdēs ait illis: Interrogabo vos 7 ego m̄ verbū: 7 respōdetē mibi: 7 dicā vobis i q̄ potestate hec faciā. Baptismū iōannis de celo erat: an et hoibus? Respōdetē mibi. At illi cogitabāt secus dicētes: Si dixerimus de celo: dicit nobis: Quare ergo nō credidistis ei? Si dixerimus ex hoib⁹ timemus populū. Omnes. n. habebāt iōannē q̄ vere p̄pheta esset. Et respondentes dicūt iesu: Ne scimus: Et respondens iesus ait illis: Neq; ego dico vobis in qua potestate hec faciā.

THEO. Quia dñs de templo eiecerat eos q̄ tēplū taberna rez venaliū faciebāt: irati fuerant: 7 iō accedunt vt interrogēt 7 tēnt. vñ dicit: Et veni. rur. hiero. 7 cū ambulat in tē. ac. ad eū sūt. sa. 7 scri. 7 se. 7 dī. illi. In q̄ potestate hec facis: 7 qd dedit tibi hanc potestatem vt ita facias. q. o. Quis es tu q̄ talia facis: Nūquid doctoꝝ ē te p̄stūis: 7 te ordinas p̄ncipē sacerdotū? **BEDA:** Et qdē qñ dicit: In q̄ potestate hec facis: de dei dubitabāt p̄tate: 7 subintelligi vult dī diaboli eē qd facit: Addētes quoq; Quis dedit tibi hanc potestatem. manifestissime dei filiū negat: quē putat nō fuisse autē nris viribus signa facere. **THEO.** Hec autē dicebāt: dētes ip̄m in iudicationē reducere: vt si diceret: In p̄tate mea: ip̄m teneret. Si autē diceret: In p̄tate alterius: ab eo discedere p̄p̄m p̄curaret: q̄ ip̄m deū esse crederet. Dñs vero illos interrogat de iōanne: nō frustra neq; s̄p̄bitū: ce: s. qz de eo iōannes p̄hibuerat testimoniū. vñ sequit⁹: Ille autē rīdēs ait illis: Inter. vos 7 ego. **BEDA:** p̄terat quidē dñs aperte rīusione tētoꝝ calūnias p̄uere: s. p̄uenter interrogat vt suo vel silēio vñ snia p̄dēnt: qd apparet ex eo qd subdit: Et illi cogi. secū dī. Et dixerim⁹ de celo. dī. no. Quare q̄ nō creditis ei: Quasi quēdā fitemini de celo habuisse p̄phetā: mibi testimoniū p̄hibuit: 7 ab illo audistis. in q̄ ista facio p̄tate. Seq̄t: Et dixerimus: ex hoibus. Viderūt ergo qd libet hoꝝ rīdētē in laqueū se casuros: timētes lapidationē: s. magis timētes vitat̄ p̄fessionē. vñ sequit⁹: Et rīdētes: dicit iesus: Ne scimus. **BEDA:** De lucerna inuidi obfcurāt: vt ostēnt parauit lucernā christo meo: inimicos eius induit p̄fessionē. Seq̄t: Respōdēs iesus ait illis: Neq; ego dico vobis: sed i q̄ p̄tate h̄ faciā. **BEDA:** q. o. Nō vobis dico qd scio: qz nō vultis fateri qd scitis. Notādū autē q̄ ouas ob casus maxime scia veritatē ē occultāda q̄rēt⁹. s. cū is q̄ p̄rit: aut minus capax est ad intelligēdū qd q̄rit: aut contemptu veritatis: aut aliquo alio indignus est cui debet aperiri quod querit. **Capitū. XII.**

¶ Et cepit illis in parabolis loqui: Vinetis pastinavit homo: 7 circūdedit sepē 7 locū dicit laci

Ca. XII.

dit lacu et edificauit turrim et locauit eaz agricolis et peger pfectus est. Et misit ad agricolas in tpe serui: vt ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehensiu eu ceciderunt: et dimiserunt vacuu. Et iteru misit ad illud aliu seruu: et illi in capite vulnerauerunt: et pumelijs affecerunt. Et rursum aliu misit: et illi occiderunt: et plures alios quosda cedentes: alios vero occidentes. Adhuc ergo vnu hns filiu charissimu et illu misit ad eos nouissimu dicens: qz reuerbunt filiu meu. Coloni aut dixerunt ad iuice: hic e heres: venite occidamus eu: et nra erit hereditas. Et apprehendentes eu occiderunt: et eiecerunt extra vinea. Quid ergo faciet dñs vinee: Veniet et perdet colonos: et dabit vinea alijs. Nec scriptura hac legistis: Lapidem que reprobaueunt edificantes: hic factus est in caput anguli. a dño factu est istud: et e mirabile in oculis nris. Et qrebant eu tenere: et timuerunt turbā. Cognouerunt eni qm ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

GLO. Postq dñs prudenti interrogatōe tētorū oia pculerat: psequēter eoz maliciā pabolice demonstrat. vñ dicit: Et cepit illis in pabolis loqui: Vineā pasci. homo.

HIERO. Homo de? pater dñi humano affectu. vinea domus israel est. Sepis est custodia angeloz. Lac? est lex turris templi: agricole sacerdotes. BEDA: Uel sepi murus est vrbis: lacus siue torcular altare: aut illa torcularia quoz tres psalmi notantur titulo. THEO. Uel sepius dicit: pphibēs eos alienigenis cōmiseri. Sequit: Et peger pfectus est. BEDA: Nō loci mutatio: s; abire videri vinea: vt vinito: libez operadi arbitriu derelinquat. Sequit: Et misit ad agri. in tpe ser. vt ab agri. ac. de fructu vinee. Serui missi pphete: fructus vinee obediētia est. De pphetis alijs celi: alijs vulnerati: alii occisi sunt. vñ sequit: Qui appie: eu. et dñi. eu vac. BEDA: Seruus q primo missus ē: ipe legis moyses intelligit. S; ce lū cū dimiserunt vacuu: irritauerunt. n. moysen in castris. Sequit: Et iteru misit ad il. aliu fuu: et illu in capite vul. et pum. affe. Seruus alter dauid regē et ceteros psalmistas significat: s; hūc affectu cōmunijs in capite vulnerauerunt q psalmistaz carmina puidētes: i; s; dauid adiecerunt dīctes: Que nobis pō cū dauid. Sequit: Et rur. ali. mī. et il. loci. et plures alios: quosda cedentes: alios vero occid. Tertiū cū suis socijs seruū: pphetaz chorū intellige. S; que pphetaz nō sūt psecuti: Dis sane trib? seruoz gradibus: oīz sub lege doctoz figurā posse cōprehendi dñs alibi pnuēiat dīctes: qm necesse est impleri oia q scripta sūt in lege et pphetis et psalmis de me. THEO. Uel aliter: Per pzinu suū intellige pphetas: q circa tps belie fuerūt: qm micheam verberauit sedechias pseudo ppheta. Scdm vero seruū quē in capite vulnerauerūt. i. affecerūt iniuria: intellige pphetas qui fuerūt circa tps dñi: et Et alie. Tertiū vero seruū intellige pphetas q fuerūt circa tps danielis et ezechielis. Sequit: Adhuc ergo vnu ha. fi. charissimu et illu misit ad eos nouissimu. dīctes: qz forte reuerbunt filiu meu. Hiero. fili? charissimus et nouissimu? vñ genit? ē. Qd aut dicit: Reuerbunt filiu me. p ironiā h dicit. BEDA: Uel aliter q ait: qz forte uere filiu meū. nō de ignorantia venit: s; ambigere dicit deus: vt libera voluntas hōi referret. THEO. Uel aliter: Nō ignorās qd futurū erat: hoc dixit: s; ostēdens qd erat decens et pgruu eos opari. Coloni aut dī. ad inui. h est heres v. et oc. eu: et nō. erit here. BEDA: Manifestissime dñs pbat iudeoz pncipes nō p ignorantia: s; p inuidiā crucifixisse filiū dñi. Intellexerūt eni hūc eē cui dictu est: Dabo ubi gē

tes hereditatē tuā. hāc occasiōe ei? mali coloni pspere moliebant: cū crucifigētes eu iudei: fidē q p eu ē extingue re: et suā magis q ex lege est iusticiā pferre: ac gentib? imbuendis conabant inferere. Sequit: Et app. eu. occ. et cie. ex vi. THEO. Scilicet extra hierusalē: extra ciuitatez quippe crucifixus ē dñs. Hiero. Uel eiecerūt eu extra vineā. i. extra plebē dīctes: Samaritan? es et demo niū habes. Uel qz qm in se erat: ex suis cū finib? excludē tes: gentib? suscipiendū dederūt. Sequit: Quid ergo faciet dñs vinee: Uel. et p. co. et da. vi. alijs. AVG. de con. euā. Et quidē matthe? illos rīdisse subiūgit atq; dixisse: Malos male pdet. qd marcus h nō ab ipis rīsum eē cō memorat: s; dñm post interrogatōe suā ipz sibi quodā modo rīdisse. Sed facile pōt intelligi vel illoz vocē ita subiūctā vt nō interponeret: illi rīderūt aut illi dixerūt sed nō intelligeret: aut iō rīsiōe istā dñs potius attributā qz cū vix dixerūt: etiā de illis hoc ipe rīdit q veritas ē.

THEO. Dñs ergo vinee ē pater filij interempti: et ipe filius interemptus q pdet colonos: tradēs ipos romanis et pplū dabit alijs colonis. i. apostolis. Perlegas actus apostolor et inuenies tria millia et quicqz millia repete credentiu et fructificantiū deo. Hiero. Uel dat vinea alijs i. ab oriente et occidente et austro et ab aquilone venientibus et recubentibus cū abraā isac et iacob in regno dei. BEDA: hoc aut ita diuinit? fuisse pcuratū ppheticō statz affirmat exēplo subiūctis: Nec scrip. hac le. la. quē repro. edi. hic fac. est in cap. anguli. q. d. Quō implebit hec ppheta: nisi qz chris? a vobis reprobat? et occisus: traditus est gentib? p dīctus: vt quasi lapis angularis duos populos pdat in semetipm: atq; ex vtroq; ppo vnaqz sibi fidelū ciuitatē: vnu tēplū edificet. Cosdē eni synago ge mōros quos supra colonos dixerat: nūc edificantes appellat: qz subitā sibi plebē ad ferendos vite fructus qsi vineā videbant excolere: ipi quoq; hāc deo inhabitato re dignā quasi domū pstruere atq; ornare pēpiciantur.

THEO. Lapis ergo quē reprobaueunt doctores: hic factus est in caput anguli. i. in caput ecclie. Angulus nāq; ecclia est quasi pūngēs iudeos et gētiles. hic aut angulus ē ecclia a dño factus est: et est mirabilis in oculis nris. s. fidelū: nā ab infidelibus miraculis detrahāt. Mirabilis quidē est ecclia qsi miraculis sūstēns dño coopante apostolis et sermone pfirmate sequētibz signis. et hoc est qd dicit: A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nris.

HIERO. Uel aliter. hic lapis reprobis quē gestat angulus pūgens in cena agnū cū pane: finies vetus: nouū inchoans testamētū: prestat mira in oculis nris: vt topagion. BEDA: Principes aut sacerdotū ondēbant vera esse q dñs dixerat: qd patet ex hoc qd subdit: Et qrebant eu tenere. Ipse eni ē heres cuius iniustā necē dīcebat esse vindicadā a patre. Moraltē aut cūq; fidelū cū myste rīū baptisimū cōmittit: quasi vinea quā excolat locat. S; missus fuus pumelijs affectus vel cesus ēq; cū sermo audit? vñ ptenit: vel qd petus ē etiā blasphemaf. Missum insup heredē quātū in se est occidit: q filiū dei pculcauit. Perdito malo cultore vinea dat alteri: cum dono gratie qd supb? sprecuit: humilis qsq; vitabit. Sed et hoc q pncipes sacerdotū manū mittere qrentes in iesū: timore tur be retinent: quotidie gerit in ecclia: cū qlibet solo noie super eā quā nō diligit: ecclesiastice fidei et pacis vnitatē ppter cohābitantiū fratrum bonozū multitudinē aut erubescit aut timet impugnare.

Et misit ad eu quosda ex phariseis et herodianis vt eu caperet in verbo. Qui venientes dicunt ei: Magister scim? qz verax es: et nō curas quēq; Nec eni vides in facie hōiuz: sed in veritate viam dei doces. Licet dari tributū cesari: an non dābimus? Qui scis versutiā illoz ait illis: Quid me

tētatis: **A**fferte mihi denariū vt videā. Et illi tulerūt ei. Et ait illis: Cuius est imago hec et inscriptio. **D**ixit ei: Cesaris. Respondens autē iesus dixit illis: Reddite igitur que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Et mirabantur super eo.

BEDA: Querētes dñm cōp:ebēdere sūmi sacerdotes timuerūt turbā: atq; iō qd p se nō poterūt: terrenis pātibus efficeretēbant: vt vel ipsi a morte eius viderent imunes. Et iō dicit: Et mir. ad cū quosdā ex phari. et her. vt eū caperēt in verbo. **T**HEO. Diximus alibi de herodianis: q; heresis quedā noua erat dicētiū christuz esse herodē ppter hoc q; defecerāt successiōes regni iudeorū. Alij vero dicunt herodianos milites fuisse herodis quos pharisei p testibus inducebāt de his q dicebant a christo: vt eū caperēt et adducerēt. **U**ide autē eoz maliciā: q̄lī cū adulatiōe christū decipe volebāt. Nā sequit: Qui ve. di. ei: Magister. sci. q; ve. es. **H**IERO. Mellitis. n. verbis eū interrogabant: et circūdabāt eū sicut apes mel portātes in ore: aculeū in tergo. **B**EDA: Blanda autē et fraudulēta interrogatio illuc puocat respōdētē: vt magis deū q; cesarē timeat: et dicat nō debere tributa solui: vt ita tim audietes herodian: sed iōis iō romanos auctore habēat. Et iō subdit: Et nō curas quēq; nec enim vides faboiz. **T**HEO. Ita vt cesarē nō honores. s. p veritatē. Ideo subdit: Et in veri. viā dei dō. Licet tri. dari ce. an nō dābim? **T**otū enī artificii eoz erat vndiq; pceptū habēs: vt si diceret: q; licet censū cesari dari: puocet iō eū plebē q̄lī in seruitutē reducētē ipm populū. Si vero diceret q; nō licet dari: sic accusaret eū tanq; excitaret populū ira cesarē: sed sapiētie fons fugit dolos eozū. vñ sequit: Qui scies ver. eoz: ait illis: Quid me ten. **A**fferte mihi denariū vt vi. at illi attul. **B**EDA: Denarius ē genus nūmi: quod p. x. nūmis putabāt: et habebat imaginē cesaris. vñ sequit: Et ait illis: Cui est imago hec et inscriptio: **D**ixit ei: Cesaris. Qui putat interrogatiōē saluatoris ignorātiā esse nō dispelatiōē: ex hoc discat q; potuit scire cuius imago eēt: s; interrogat: vt ad finem eoz cōpetenter respondeat. vñ sequit: Respōdens autē iesus dixit illis: Reddite igit que sūt ce. cesari: et q; sunt dei deo. **T**HEO. Quasi. d. Date quod imaginem habet imaginato: id est denariū cesari. Potestis. n. et censū cesari dare: et deo ppria offerre. **B**EDA: Id est decimas et pmitias et oblatiōes et victimas: quō et ipse reddidit q; dei sūt: p̄is facies volūtātē. **H**IE. Vel aliter: Nummū habentē cesaris imaginē reddite coactū cesari: vos ipsos libet deo reddite. **S**ignatū ē enī sup nos lumē vult: tui dñe nō cesaris. **T**HEO. Quasi cesar etiā est vniūscuiusq; nostrū corpus: inenitabilis necessitas. **I**ubet ergo dñs dari corpi cibaria ppria et vestitū: et que sūt dei deo. **S**equit: Et mirabant sup eo. Qui credere debuerāt. ad tāta sapiētia sūt mirati: q; calliditas eoz nō inuenisset locū.

Et venerunt ad eū saducei q; dicūt resurrectiōem nō esse: et interrogabant eum dicentes: **M**agister moyses nobis scripsit: vt si frater mortuus fuerit et dimiserit vxorem: et filios nō reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius: et resuscitet semen fratri suo. **S**eptem ergo fratres erant: et p̄mus accepit vxorē: et mortuus est nō relicto semine. Et secundus accepit eam et mortuus est: et nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eaz similiter septē: et nō reliquerunt semen. **N**ouissime omnium defuncta est et mulier. **I**n resurrectione ergo cū resurrexerint: cuius de his erit vxor? **S**eptē enī habuerunt eam vxorem. Et respōdens iesus

ait illis: **N**ōne ideo erratis: nō scientes scripturas neq; virtutem dei? **C**um enī a mortuis resurrexerint: neq; nubent neq; nubent: sed erunt sicut angeli dei in celis. **D**e mortuis autem q; resurgant nō legistis in libro moysi super rubū: quomodo dixerit illi deus inquiens: **E**go sum deus abraam et deus isaac et deus iacob? **N**on est deus mortuorum: sed viuorum. **V**os ergo multū erratis.

GLO. Postq; dñs sapienter phariseoz callidam tentatiōem euitauit: ostendit quomodo etiam saduceos tentantes cōfundit. vñ dicit: Et ve. ad eū sadu. q; d. resur. nō esse. **T**HEO. Heresis quedā iudeorū erat: qui dicebant saducei: et hi resurrectionē negabāt: et dicebat q; nō sit angelus neq; spiritus. **D**i ergo accedētes ad iesū: solo se narratiōe quandā inquisierūt per quā ostēderet resurrectionē nō esse nec factā nec faciendā. Et ideo subdit: Et in ter. eū dī. Magister. **I**n qua quidē narratiōe septē ponit qui mulierem acceperāt: vt magis rē trabāt a resurrectione. **B**EDA: Recte enī istiusmodi singūt fabulā q; d. vñra mēti arguat eos qui resurrectionē asserūt co:pozū. **P**otest autē fieri vt vere in gente eoz aliqui h occiderūt. **H**IE. Mystice autē mulier sterilis nō relinquens semē ex septē fratribus nouissime mortuens: quid aliud significat q; ualidā synagogā relictam a spiritu septisimo: qui. vñ. patriarchas impleuit: qui nō reliquerunt ei semen abrahe: q; est iesus christus. **I**z enī puer natus est illis: nobis in q; tibus datus est: que mulier mortua erat christo: nec cuius patriarche de. vñ. in resurrectione iungēt. **S**eptem namq; numero vniuersitas perfectior significat: vñ vniūce p. eia. dicit. Apprehēdēt. vñ. mulieres vñ vñum i. vñ. ecclesie quas dñs amat arguit et castigat: eū vñ fide adorant. vñ sequit: Et respōdens iesus ait illis: **N**ōne ideo er. non sci. scrip. neq; vir. dicit? **T**HEO. Quasi. d. **V**os nō intelligitis qualē resurrectionē scriptura annūciat. **C**reditis enī q; restauratio corporū talis sit futura: q; lia nunc sunt: nō autē sic erit. **S**ic igit ignoratis scripturā: sed etiā virtutē ignoratis diuinā. **V**os enī p̄sideratis q̄lī difficile dicentes: **Q**ualiter poterūt mēbra dissoluta coniungi et adunari: hoc enī respectu diuine potētie quasi nihil est. **S**equit: **C**ū enī a mort. resur. neq; nubent: neq; nubent: s; erūt sicut angeli dei in celis. **Q**uasi. d. **V**ina quedā erit vite restauratiō: et angelica cū vltimus nō corūp̄emur: sed eodē mō manebim: et ppter hoc nuptie auferent. **N**ā nuptie quidē nūc sūt ppter corruptionē: vñ p successiōē generis p̄stitamus et nō deficiōne nuptialē et ro sicut angeli erimus: qui sūt sine successiōe nuptialē et nunq; definūt. **B**EDA: **C**onsiderandū est hic q; latius p̄fectio hic greco idiomati nō respōdet. **N**ubere enī p̄zie dicit mulieres: et viri vxores ducere: nos simp̄e dicitū intelligamus: vt nubere de viris: et nubi de vxoribus scriptū sit. **H**IERO. **S**ic igit erant nō intelligentes scripturas: q; in resurrectione hoies erūt sicut angeli dei. **nemo ibi morit: nemo ibi nascit: nec infans est ibi nec lenex.** **T**HEO. Et aliter etiā decipiuntur nō intelligentes scripturas. **S**i enī has intellexissent: intelligerent quomodo per scripturas resurrectiō mortuorū possit probari. vñ subdit: **D**e mortuis q; resur. nō le. in libro moysi. ita. quomodo dixit illis deus inquiens: **E**go sum deus abra. deus isa. et deus iacob. **H**IE. **D**ico aut sup rubū quo est similitudo vestra: in quo ignis ardebat: sed non ei spinas p̄sumebat: sic vos istā amat eloquiū meū nec spinas vñas sub maledictio germinatas absumit. **T**HEO. **D**ico aut: **E**go sū deus abra. deus isa. et de iacob. **Q**uasi. d. **D**eus viuentiū. vñ subdit: **N**on est deus mortuorū. sed viuorū. **N**on enī dixit: ego sū: sed ego sum: tanq; alii p̄ites existant. **S**ed forte aliquis dicit q; hoc dixit solus deus de anima abrahe: nō de corpore. **A**d quod dicit: q; abraam

q̄ abraā vtrunq; impoitat. s. corpus & animā: vt & corpus ipse sit deus: & corpus viuat apud deū. i. in dei ordinari-
one. **BEDA:** Vel quia cū probauit animas permanere post mortē: neq; enī poterat fieri: vt eorum esset deus qui nequāq; subsisterent: consequenter introduceretur & cor-
porū resurrectio: que cū aiabūs bona malaq; gesserunt.

HIERO. Quz autē dicit: Deus abraam: de iſaac: & de iacob: ter deū nominādo: trinitatem intinuit. Cum autē dicit: Non est deus mor. vnū deū iterans: vnam sub-
stantiā significauit. Viuit autē qui nec vendicant portione q̄ elegerant. Mortui autē sunt: qui quod vendicauerunt perdidērūt. Nos ergo multū gratis. **GLOSA:** Quia videlicet & scripturis p̄dicebat: & virtuti dei derogabāt.

**Et accessit vnus de scribis: qui audierat illos cōquīrentes: & videns qm̄ bene illis responderit interrogauit eū quod esset primū omnīū manda-
torum. Iesus autē respondit ei: quia primū omni-
um mandatū est: Audi israhel dominus deus tuus deus vnus est: & diliges dñm deū tuū ex toto cor-
de tuo: et ex tota aīa tua: et ex tota mente tua: & ex tota virtute tua. hoc est primū mandatū. Secun-
dum autē simile est illi: Diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. Maius horū aliud mandatū non est. Et ait illi scriba: Bene magister in veritate dixisti: quia vnus est deus: & nō est alius preter eū. Et vt diligatur ex toto corde: & ex toto intellectu: & ex to-
ta anima: & ex tota fortitudine: & diligere proximū sicut seipsum: maius est omnibus holocaustoma-
nibus & sacrificijs. Iesus autē videns q̄ sapienter respondisset dixit illi: Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eū interrogare.**

GLO. Postq̄ dñs confutauit phariseos & saduceos tē-
tantes: hic ostendit quomodo satisfecit scribe querēti. vn-
de dicit: Et accē. vnus de scri. qui au. il. cō. & vi. qm̄ bene illis respondit: inter. eū quod esset primū omnīū manda-
torū. **HIERO.** Quē hic questio p̄blematis quod est cōmune omnīū peritis in lege: nīl q̄ diuersa in exo-
do & leuitico & deuteronomio ordinant mādata: vnde nō vnū: sed duo intulit mandata: quibus quasi duobus vbe-
ribus super pectus sponse eleuatis nostra alitur infantia. Et ideo subdit: Primū omnīū mandatū est: Audi israhel dñs deus tuus de vñ. Primū omnīū maximū manda-
tū dicit: hoc est quod ante omnia debemus in corde singu-
li quasi vnici pietati fundamentū locare. i. cognitio atq; confessio diuine vnitatis cū executione bone operatiōis que in dilectione dei & proximī perficit. vnde subdit: Et dilig. dō. de. tu. ex to. cor. tu. ex to. aī. tu. ex to. men. t. & ex to. vir. tu. hoc est primū mā. **THEO.** Attende qua-
liter omnes anime vires enumerant. Est enī virtus ani-
me animalis quā expedit in dicendo: Ex tota anima tua: ad quā perinet ira & desiderij: que omnia tribui vult di-
tā: propter qd dicit: Ex toto cor. Est & alia vis rationalis quā mentē vocat: & ista etiā est danda deo tota. **GLO.** Ad autē subdit: Et ex tota fortitudine. ad vires corpales referri potest. Sequit: Secundū autē simile est huic: Dilige proximū tuū sicut teipsum. **THEO.** Propter hoc di-
cit esse simile: quia hec duo mandata alternim sunt sibi consona: & reciproce conuertunt. nā qui diligit deū: dili-
git & facturā suā. principale autē factū eius est homo. vn-
de qui diligit deū: diligere debet omnes hoīes: qui vero diligit primū: qui multotiens dat causā scandalī: multo magis eū debet diligere qui semp̄ prestat beneficia: & ideo

propter coherentia horū mandato: subdit: Maius horū aliud mandatū nō est. Sequit: Et ait illi scri. Bene magi-
ster in ver. dixisti. **BEDA:** Ostendit ex hoc quod dicit: Maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs graue sepe inter scribas & phariseos questione esse verā tam: quod esset mandatū primū siue maximū diuine legi quibuscūq; videlicet hostias & sacrificia laudantibus: alijs vero fidei & dilectionis opera p̄ferentibus: eo q̄ plurimū patrū ante legē ex fide nū que per dilectionē operat pla-
cerent deo. In hac sententia scriba iste se fuisse declarat. Sequit: Iesus autē vi. q̄ sapi. rñ. dixit illi: Nō longe es a regno dei. **THEO.** In quo nō eū esse perfectū testatur nō enī dixit: Intra regnū celo: ū es: sed nō longe es a regno dei. **BEDA:** Ideo autē nō fuit longe a regno dei: qz sententia illius quē noui testamenti per angelicā perfecti-
onē est propria: fautor exiisse probatus est. **AVG.** de con. euan. Nec moueat qd matheus dicit tētantē fuisse: a quo dominus interrogatus est. fieri enī potest vt quāuis tērans accesserit: domini tamē responsione correctus sit. Aut certe ipam tērationem nō accipiamus malā tanq̄ de-
cipere volentis inimicū: sed cautā potius tanq̄ experiri amplius volentis ignotū. **HIERO.** Vel nō est longe q̄ venit callide. Longior nāq; est ignorantia a regno dei q̄ scientia. vnde supra saduceis: Erratis inquit nescientes scri-
pturā neq; virtutem dei. Sequit: Et nemo aude. iam eūz interroga. Quia enī in sermonibus cōfutati sunt: vltra nō interrogant: sed apertissime cōprehensū ratione tradunt potestati. Ex quo intelligimus venena inuidie posse qui-
dem superari: sed difficile cōquiescere.

**Et respondens iesus dicebat docens in tem-
plo: Quomodo dicunt scribe christum filiū esse dauid: Ipse enī dauid dicit in spiritu sancto: Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis: donec po-
nam inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Ipse ergo dauid dicit ipsum dominū: & vnde est filius eius: Et multa turba eū libenter audiebat.**

THEO. Quia christus ad passionem venturus erat: opinione falsam corrigit iudeorū qui christū filiū dauid esse dicebant nō dominū eius. vnde dicit: Et respondens iesus vi. dō. in templo. **HIERO.** Idē palaz cīs de se loquit vt inexcusabiles sint. Sequit enī: Quomodo di-
cunt scribe christū filiū dauid esse: **THEO.** Ostendit vero christus se dñm per verba dauid: Nam sequit: Ipse autē dicebat in spiritu sancto: Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. q. d. Non potestis mihi dicere q̄ dauid absq; gratia spiritus sancti hoc dixerit: sed in spiritu sancto vocauit eum dñm. Et q̄ sit dominus ostendit per hoc quod subdit: Donec po. in. tu. sca. pedū tuorū. Ipsi enī erant inimici eius quos deus pater posuit scabellum christi. Ad autē a patre subiūciunt ei inimici: nō infirmita-
tem filij sed vnitatē nature qua in altero alter operat signi-
ficat. Nam & fili⁹ subiūcit inimicos patri: quā patre clari-
ficat super terrā. **GLO.** Sic ergo dominus ex predictis concludit dubitabile questione. nam ex verbis dauid p̄-
missis habetur q̄ christus sit domin⁹ dauid: ex dicto autē scribarū habet q̄ sit filius eius. Et hoc est quod subdit: Ipse ergo dauid dicit eū dñm: & vnde est filius eius: **BE-
DA:** Interrogatio iesu nobis profuit vsq; hodie contra iudeos. & hī enī qui confitent christū esse venturū homi-
nem simplicem & sanctum virū asserūt de genere dauid. Interrogemus ergo eos docti a domino: si simplex ho-
mo est: & tñ filius dauid: quomodo vocet eū dauid do-
minū suū in spiritu sancto: Non autē reprehendunt q̄ dauid filiū dicit: sed q̄ dei filiū eūz esse nō credunt. Sequit Et multa tur. liben. eū. au. **GLO.** Quia scilicet videbāt eum sapienter respondentem & interrogantem.

Et dicebat cīs i doctrina sua: Lauete a scribis

qui volunt in scholis ambulare: et salutari in foro et in primis cathedris sedere in synagogis: et primos discubitus in cenis. Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

HIERO. Confutatis scribis et phariseis: ut ignis eorum arda exempla incendit. unde dicit: Et dicit eis in doc. sua. Ca. a scri. qui vo. in sch. am. **BEDA.** Ambulare in scholis: cultioribus vestimentis indutos ad publicum procedere significat: in quo inter cetera diuites ille qui epulabatur quotidie splendide peccasse describit. **THEO.** In scholis aut venerabilibus ambulant ex hoc volentes phonorari: et similiter alia appetebant que cedunt ad gloriam. Nam sequitur: Et salutari in foro: et in primis cathedris sedere in syna. et primos discubitus in cenis volunt. **BEDA.** Notandum autem quod non salutari in foro: non primos sedere vel discubere vetat eos quibus hoc officij ordine competat: sed eos qui hec sine habita sine non habita indebite amant: a fidelibus quasi ipso bos docet esse cauendos: animi videlicet non gradu redarguens: sed culpa non carcat: si iudem in foro litibus interessent: qui in cathedra moysi synagoge magistrum cupiunt appellari. Duplici sane ratione vane glorie cupiditas attendere iubemur: ne scilicet eorum vel simulatione seducamur: estimantes bona esse que faciunt: vel emulatione inflammemur frustra gaudentes in bonis que laudari simulant. **THEO.** Speciatim etiam apostolos docet ut nulli cum scribis habeat conuersationem sed ipsum christum imitent: ordinantes ipsos magistros in his que sunt circa vitam agenda: alios eis supponit. **BEDA.** Non solum autem laudes ab hominibus: verum etiam pecunias querunt. unde sequitur: Qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis. Sunt enim qui se iustos simulant a peccatorum suorum conscientia turbatis: quasi patroni per eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitant: et cum potest etiam manus pauperi preces iuuare soleat: illi ob hoc in iudicio precibus prestant ut pauperi numerum tollant. **THEO.** Accedebant autem scribe ad has mulieres: que sine pretio ne viri manebant: quasi earum fierent peccatores: et simulatione orationis et habitu reuerentie et hypocrisi viduas decipiebant: sic etiam deuorabant diuini domos. Sequitur: hi accipient prolixius iudicium. scilicet quia ceteri iudeorum peccati.

Et sedens iesus pro gaſophylaciū aspicebat quō turba iactaretur in gaſophylaciū: et multi diuites iactabant multa. Cū venisset autē vna vidua pauper: misit duo minuta: quod est quadrans. Et cōuocans discipulos suos ait illis: Amē dico vobis quā vidua hec pauper plus omnibus misit quā miserunt in gaſophylaciū. Omnes enī ex eo quod abundabat illis miserunt: hec vero de penuria sua omnia que habuit misit totū victū suū.

BEDA. Dominus qui appetituros primas et vane glorie cauendos esse monuerat: etiam dona ferētes in domū domini certo examine discernit. unde dicit: Et sedens iesus pro gaſo. aspi. quō tur. iac. es in gaſo. Sermonem greco phylaxe seruare dicit: et gaſa pſica lingua diuitie vocant. unde gaſophylaciū locus appellari solet quo diuitie suas tur: quo noīe et arca in qua donaria populi congregabāt ad vſus templi necessarios et porticus in quibus seruabant appellabant. Habes exemplū de porticibus in euangelio: hec inquit verba locutus est in gaſophylacio docens in templo. Habes et de arca in libro regū: Et attulit ioiada pontifex gaſophylaciū vñū. **THEO.** Erat autem laudabilis consuetudo apud iudeos: ut scilicet habentes et volentes aliquid in gaſophylacio poneret quod esset pro sacerdotibus et pauperibus et viduis ut ex inde nutrent. unde subdit: Et multi di. iac. multa. Multis autem hoc faciētibz acceſ-

sit et vidua: ostendens affectū in oblatiōe pecunie sibi propriā virtutē. unde subdit: Cū ve. aut vna vi. pauper misit duo mi. quod est quadrans. **BEDA.** Quadrante vocat calculatores quartam partem cuiuslibet rei videlicet quatuor: aut tēris aut pecunie. fortis autem ergo hoc loco quarta pars tem sicut. quicquid obolos significat. Sequitur: Et con. dicit. su. ait illis: Amen di. vo. qm vi. hec pau. plus omnibus misit qui misit in gago. Deus enim non substantiā offerentis sed conscientiam pensat: nec pendit quā in eius sacrificio: sed ex quo proferat. unde subdit: Omnes enim ex eo quod abunda. illis mi. hec vero in pe. sua omnia que ha. mi. to. victum suū. **HIERO.** Mystice autem diuites sunt qui proferunt de thesauro cordis sui noua et vetera: que sunt incerta et occultata sapientie diuine virtutis testimonia. paupercula autem est ut ego et mei similes: qui mittit quod possit: et ostendit ro quod non possit vobis explanare: nam non quantum vos audistis: sed ex quo considerat deus. Unusquisque autem quadrante potest offerre que est voluntas propter: que dicit quadrans: quia cum tribus consistit. scilicet cogitatur: verbo: et facto. Quod dicit: Totū victū suū misit. hoc significat: quod tota voluntas corporis in victu consistit. unde dicit: Totus labor hominis in ore suo est. **THEO.** vel aliter: Vidua ista anima hominis est: relinquens sathana cui fuerat aduersa: que mittit in templum erario duo minuta: carnem scilicet et mentem. carnem quidem per abstinentiam: mentem vero per humilitatem ut sic audire valeat quod totum victum suum posuit in sacrificium: nihil de suo mundo relinquens. **BEDA.** Allegorice autem et uires qui in gaſophylaciū munerā mitterant iudeos de iusticia legis claros designat. Vidua pauper: ecclesie simplicitate designat: pauper quidem: quia spiritum superbie vel concupiscentias temporalis abiecit. vidua vero: quia virum per amorem perdidit. hec in gaſophylaciū duo minuta mittit: devotionem dei et primi seu fidei et orationis munera offerit: consideratur propter fragilitatis minuta: sed merito picinacionis accepta cunctis superbientibus iudeorum opibus prestat. ex abundantia sibi iudeus mittit in munera dei quod de iusticia sua presumit. Omne autem victum suum in dei munera mittit ecclesia: quia omne quod viuunt non sui meriti sed diuini muneris esse intelligit.

CA. XIII.

Et cum egredereſ de tēplo ait illi vnus ex discipulis suis: Magister aspice quales lapides et quales structure. Et rīdēs iesus ait illi: Vides has magnas edificatiōes: Non reſpondetur lapis sup lapidē qui non destruitur.

BEDA. Quia fundata ecclesia christi: iudea dignas se preſentat penas erat luitura: apte dominus post laudatā in paupere vidua deuotionē ecclesie egreditur de tēplo: ruināque eius iustitiam atque edificia nunc admiranda: non multo post prenentia eius preſentat. unde dicit: Et cū egre. de tēplo. ait illi vnus ex discipulis. Magister aspice quales lapides et quales structure. **THEO.** Quia nunc multum circa destructionem hierusalem dominus locutus fuerat: diligenter eius mirabantur quod tam magna et pulchra edificia destrueretur: propter hoc ostendit ei templi decorum: quod non solum autem destrueda fore: sed et quod in eis lapis super lapidem non relinqueretur. unde sequitur: Et rīdēs iesus ait illi: Vides has omnes magnas edificatiōes. No. relin. la. su. lapidē qui non destruitur. Sed dicerent aliquid magister reliquie remanserunt: ut christum mēdace nitantur ostendere sed nequaquam est hoc. Est enim aliquē reliquie remanentia: vſus ad vltimam pſumationē non relinquet lapis super lapidē. Preterea narrat quod heli hadrianus ciuitatem et templum a fundamentis euerſit: ita quod verbum domini quod hic dicitur sit impletum.

BEDA. Diuinitus autem procuratum est: ut patrefacta per omnia fidei euangelice gratia templum ipsum cum cerimonis tolleretur: neque forte puulus in fide si videret illa permanere quod a deo sunt futura: paulatim a sinceritate fidei que est in christo iesu ad carnale labere iudaismū. **HIERO.** In his etiam enumerat dominus cladem nouissimum temporis. scilicet destructionem templi cui prebetur luitura sua